

Mythologia, Venise, 1567 - VI, 00 : Quod aequo animo ferendum est siquid à Deo impetrare non possumus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI : Quo æquo animo ferendum est si quid à Deo impetrare non possumus](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 01 : Que nous ne devons point murmurer contre Dieu, si nous luy demandons quelque chose qu'il ne nous veuille accorder](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 00 : Nous devons prendre patience, & ne murmurer point contre Dieu, si nous luy demandons quelque chose qu'il ne nous vueille accorder](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VI, 00 : Quod aequo animo ferendum est siquid à Deo impetrare non possumus, 1567

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :
<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/872>

Copier

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination167r°-167v°

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/11/2024

Feronia Dea habita neque quibus parentibus orta sit, neque ubi, aut à quibus educata, cognoscere omnino potui; quam tamen Deam nemoribus præfectam fuisse constat, ut testatur Vig. lib. 6.

et viridi gaudens Feronia luto.

Celeberrimum fuit huiusce Dex fanum in vrbe Soracte, ut ait Strabo libro 5. ubi eximia religione colebatur. Ibidem rem miram contingere solitam narrant, ut qui eius Dex numine afflarentur nudis pedibus super prunas & profundum cinerem fauillis permittis ambularent illæsi: ad quod spectaculum magna multitudo quotannis adueniebat. Verum nihil aliud Feroniam, quàm diuinam vim arboribus diuinitus insitam, quæ illas & seruaret, & pululare faceret, ego esse crediderim, qua & vigent & florent, & fructus ad maturitatem perducunt. Nam cum viderent antiqui nihil sine diuina providentia posse consistere, neque tamen diuinæ mentis cognitionem haberent, vires inde profectas in naturalibus corporibus insitas pro Diis coluerunt. Horum simplicitatem & inscitiam fallere omnium sanè fuit facillimum: quare malorum demonum multæ ortæ sunt fallaciæ, quæ illos implicarunt: quippe cum inscitia & imprudentia semper calamitates & errores sint comites.

NATALIS COMITIS MYTHOLOGIAE,

LIBER SEXTVS.

Quòd a quo animo ferendum est siquid à Deo impetrare non possumus.



Vt multis difficultatibus vita mortalium vndique sit circumueuta, nullaquæ ex parte miseris catere soleat, Christianissime Rex optimum factu duxerunt antiqui, ut cum suauitate orationis, rerumquæ propositarum mirabilitate ad prudentiam, & ad tranquillitatem: animorum homines allicerentur. Nam quibus rationibus aliquis sibi vnquam persuaserit inutile esse, vel etiam perniciosum, quod à Diis immortalibus per vóta cū summa animi contentione sapius expetuerit, nisi prius constiterit alios etiam homines res sibi, suisue carissimis calamitosas aliquando à Diis ipsis vix tandem impetrasse? Quo enim animo fuisse Theseus putandus est, cum cognouisset filii crudelissimè laniati innocentiam? aut quæ Deorum ira tantum obesse Semele potuisset, quantum Iouis facilitas, cum ad illam rogatus, quo habitu ad immortalem Innonem solebat, cum fulmine accessisset? Quæ rursus maleuolentissimorum vis hominum, vel quæ improborum inuidia tam

cru-

Mythologia

crudeliter Phaethontem oppressisset, quam paterna indulgentia, & nimis facile ab ipso patre exaudita filii preces? Quod si Dii non tam faciles aliquādo hominibus precantibus fuissent, multæ calamitates, multa pericula, multæ cedes fuissent à virorum bonorum capitibus depulsi. Vt igitur æquo animo ferremus siquid à Diis impetrare non possumus, multa excogitata, & ut suauiter à vulgo imbibere, fabulis involuta fuerunt. Neque enim cum quid frustra precamur, continuo in desperationem est cadendum; quod insuli plerique homines fecerunt, qui cum votorum suorum non fuissent facti compotes, vel Deos nullos esse dixerunt, vel res humanas non curare, vel omnia inexplicabili & certa fatorum serie trahi; resque diuinas suæ inscitæ, non ingenii sui imbecillitatem, diuinæ naturæ subiecerunt. Vt igitur æquo animo nostras preces irritas fuisse aliquando perferamus, Deorumque immortalium consilium in bonam partem acciperemus, & ea quæ dicta sunt de Phaethonte, & alia complura his similia, sinxerunt antiqui: quæ imperitorum multitudini aniles nugæ, & res ridiculæ videntur: at si quis rectè consideret vniuersam fabularum naturam, illas ad humanam vitam in melius vertendam excogitatas fuisse sentiet. At nunc de Phaethonte quæ memorix prodita sunt ab antiquis perquiramus.

10

De Phaethonte,

Cap. I.

Phaethon Clymenes Nymphæ & Solis filius fuisse dicitur; qui cum Epapho Iouis filio non cederet, seque Solis filium esse gloriaretur, hunc falso gloriari inquit Epaphus, ut ait Ouid. lib. 1. Metam.

Nunc Epaphus magni genitus de semine tandem
Creditor esse Iouis: perq; vrbes iuncta parenti
Templa tenet. fuit huic animis æqualis & annis
Sole satus Phaethon: quem quondam magna loquentem,
Nec sibi cedentem, Phæboq; parente superbum
Non tulit Inachides: matriq; ait omnia demens,
Credis: & es tumidus genitoris imagine falsi.
Erubuit Phaethon, iramq; pudore repressit,
Et tulit ad Clymenen Epaphi conuitia matrem.

30

Quæ scripta sunt etiam a Zeze chil. 4. hist. 137. At Pausanias in Atticis Cephalo sattu natum esse ex Aurora Phaethontem scribit, quod etiam testatur Hesiodus ita in Theogonia;

τιθωνὸς δὲ τῆς ἠέως μέγιστα χαλάρουτο,
Αἰθίοπος βασιλῆα, καὶ ἑμῶν ἀνέστη.
αὐτὰρ ἐπεὶ κεφαλῇ φρεσὶ καὶ φιλίᾳ αἶθε
ἵσθηται φαίδιμος υἱὸς ἱερῆας Ἀέθρας.

40

Memnona Tithono peperitq; Aurora nigrantum
Aethiopum Regem, Tithono hæc Emathionem.
Edidit hæc rursus Cephalo coniuncta decorum,
Et fortem Phaethonta parem Diis maeste supernis.

Fabulati sunt igitur Phaethontem Epaphi contumeliis inflammatum, ut nobilitatem sui generis vniuersis hominibus patefaceret, ad Solem patrem suum contendisse, & precibus tandem impetrasse, ut is polliceretur iurando, quidquid Phaethon poposcisset, se concessurum: Tum vero Phaethon rogauit ut
currum